SYLVA NVPTIALIS

Clariſſimi I.C. D. IOANNIS de NEVIZANIS ciuis Aſtenſis

In libros ſex diſtributa, quibus hæc præcipua quæſtio AN SIT VTILE NVBERE, indeque manantes plurimæ quæ in vſu quotidiano occurrunt, nec dum tamen examinatæ ſunt, copioſa breuitate enucleantur.

Opus ab ipſo auctore nuper auctum & recognitum.

Cum indice locupletiſſimo.

esta expurgado conforme al expurgatorio de V.a° de 1618.

Jo. Hurtado

Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono Regum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

Apud Ioannem Lertout, 1602.

DOMINO IOANNI NEVIZANO, Aſtenſi Iureconſulto pereximio, Achilles Alionus inter I. V. Doct. minimus S. D.

HAbuiſti aliquot ante annos, Ioannes Neuizane vir clariſſime, tuis genialibus atque ingenialibus Nuptiis, in amœniſſima illa tua Sylua, frequentes quotquot palatum habent interioris hominis, literariis pabulis, ac verſatili librigerulaque menſa addictum, atque eductum. Qui, poſtquam abſumpta fames & amor compreſſus edendi, ita ad vnum hilaritus tibi applauſere, vt Alcinoi Phæacum regis epulum à Smyrneo Marone illuſtratum: & Didonis conuiuium, à noſtrate Melegiſene celebratũ, longo poſtpoſuerunt interuallo. Quin etiam Macrobianum Auienũ, qui Saturnalitias illas ſuas concœnationes, non dubitauit Agathonis conuiuio antehabere, tibi facilè aſſertabant conceſſurum. Erant ſiquidem nuptiæ illæ tuæ, rerum omnium dapſili affluentia ciboriorum exquiſitione, inauditorum illecebroſitate cõdimentorum amœna ac ſaliari ſupra omnium expectationem magnificæ. Caſtigato præterea ordine, ſingula abſque vel minimo murmurillo, aut præpoſteritatis errore à ſilentioſis accordatis miniſtris apponebantur, primæ ac ſecundæ menſæ, lege non aberrante, vt antiquorũ heroum continentia ac caſta ſymposia ad vnguem videare imitatus. Structores ipſi ac pocillatores, Virgilianas illas centum famulas, totidémque pares ætate miniſtros, longè antéſtabant. Propinabat ſiquidem Bartolus. ſtabat ad calices Baldus, erudita chironomia. Fulg. Panor. & quidam alii minutatim diſſecabant edulia, quæ cæteri neoterici, qui noſtra aut paulò ſuperiori ætate in iure non quali Cicero, vrbano ſcommate, coquo ſe ſtatorum reſpondit, ſed politico, aliquid excogitauerunt, in

Nuptiæ magnificæ inuentio authoris.

Felix interpretatur.

Ordo Nuptialis eſt ipſa artificioſa rerum diſpoſitio in opere.

CLARISSIMI IVRECONSVLTI DOMINI IOANNIS DE NEVIZANIS, ciuis Aſtenſis.

SYLVA NVPTIALIS, NVPER AB EODEM AVCTA ET RECOGNITA

in qua ex quæſtione, An ſit vtile nubere plurimę quæſtiones in Practica quotidie occurrentes. nondum examinatæ, copioſa breuitate enucleantur.

ARGVMENTA.

1 Veritas nimium altercando amittitur.
2 Clamores immodicos in diſputationibus maximè vitandos.
3 Diſputationes moderatæ non ſunt improbandæ.
4 Veritas diſputando inuenitur.
5 Veritas examinata ſeſe exerit. & num. 8.
6 Diſputatio in ſingulis non inutilis.
7 Oppoſita iuxta ſe poſita magis apparent.
9 Ordinis diligenter obſeruati quanta ſit vtilitas.
10 Emendans ſubtiliter ab alio factum, nõ minus eſt laudandus quàm *ipſe* author.
11 Ordinem difficiliorem eſſe inuentione.
12 Iuriſconſultum breuem eſſe oportet in conſulendo.
13 Veritas fuco verborum non indiget.
14 Verba ex qualitate eius perſonæ, ad quam diriguntur temperanda.
15 Verborum ſuperfluitas vitanda.
16 Breuitatis commendatio.
17 Prolixitas orationis quæ incommoda afferat.
18 Aduocato verboſiori iudex poteſt indicere ſilentiũ: & eidem non parenti mulctam dicere.
19 Repetitio eiuſdem rei eſt improbanda.
20 Breuitati quatenus ſtudendum.
21 Diuiſio fieri debet per ſpecies oppoſitas.

QVIA † vt diſputando ceruicosè & ſophiſticè veritas obumbratur, glo. in clem. ſæpe. verſ. exceptiones. de verb. ſig. l. ea eſt natura. ff. de reg. iur. cum ſimi. Socin. lib. iiii. conſil. j. num. 2. hinc Petrarcha epiſtol. vj. temerarium. & xj ecce dicit 1

[redacted] 130

[redacted] *Alium modū*
ponit Bertach.in tract.de epiſcopo.char.lviij.col.iij.eſt conſi.
viij.parte,lib.iiij.quia Eccleſia poteſt curare vana vanis. Præ-
poſ.in c.literas col.iij.de frig.& maleſ. Alium modū curandi
frigidatem colligere potes ex Iohanne Pico Mirandula cōtra
Aſtrologos.lib.*iij.char.fin.vbi refert quendā virum ſibi fami*
liarem qui ad Venerem nunquam aſcendebat, niſi vapularet
vſque ad ſanguinē,& tamen coitum ita appetebat,& fœminæ
quam adibat flagellū pridie ſibi ad id officium aceti infuſio-
ne duratū exhibebat,ſupplex ab ea verberari poſtulās, à qua
quanto *durius cæditur,eò feruentius incaleſcit*,cauſam dicit
quam non refero. [redacted] 131

[redacted] hypothetica.in gl.ſiue aliqua. col.fi. & in for.lib.
in act.real.in gl.iure dominij,vel quaſi.in fi.co.pe.in for.recip.
tei cōueñ.gl.excōicationis,& gl.præſciptionis.col.xx.vbi lo-

 quitur